

A dem, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti, portò Deum, qui habet artem tuam in manu sua, & omnes vias, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: Mane Thecel Phares. Et hæc est interpretatio sermonis: Mane numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud: Thecel: appensus es in flatera, & inventus est minus habes: Phares: divisus est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eadem nocte interfecit est Balthasar Rex Chaldaeus: & Darius Medus successit in regno, annos natus sexaginta duos.

Nonum peccatum alienum, criminis nempe alterius defensione, quod committimus, cum aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius, quamvis perverfam & impiam, tuemur vel spargimus: cum nostra itidem cura vel opera, quod contra fas & equum instituitur, promovere acque propugnare contendimus.

HISTORICA.

B Cum Theodosius Imp. Constantinopoli abesset in Occidente, Judæi conciliati & annuente Honorato urbis præfeco (nam paganus erat) magnificam in foro arario synagogam extruunt. Sed urbana multitudo ea re irritata, præfeco maledixit; illo maledicta negligente, synagogam igne infecto cremat. Præfeco rem ad Imperatorem scribit, qui eam audaciter penam statuit, ut sumptus synagogæ perfolverent, eamque Judæis instaurare liceret. Hoc magnus Ambrosius cognito, cum quodam Dominico festo Imperator Mediolanensem Ecclesiam ingrederetur, sic exoritur: Cur Imperator, eum, qui te ex privato Regem fecit, suo grege commisso, qui caput tuum prius squalidum diademate exornavit, tu contumelias afficis, eos, à quibus ille rejicitur, is præferendo, à quibus colitur, vi etiam illata, ut in media urbe, in qua Christus colitur, & crux adoratur, synagogam Christi interfectioribus ædificent? Ea reprehensione verecundatus Imperator, Nunquid, inquit, Episcopo in republica bene constituta plebi concedenda est quidvis temere & impudenter audendi licentia? At ne illud quidem, inquit D. Ambrosius, concedendum est, ut Judæi in medio Christianæ urbis synagogas habeant, & blasphemis precibus piorum aures obtundant. Ne verò istud decreveris, sanctissime Imperator. Hislenitus Theodosius, Byzantiis remittit mulctam, & Judæos intra urbem regiam habere synagogam vetuit. Joan. Zonar. Annal. tom. 3. D. Ambr. lib. 5. epist. 29. ad Theod.

Hac etiam peccati labe conspersus fuit Bruno Andegavensis Episcopus. Cum enim Bersingari Turonensis Andegavensis Archiepiscopi error de veritate corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ negata, à Roberto Rege damnatus, ut nedum asseri, sed ne audiri eo vivente permittis esset: eo jam defuncto, liberiùs absque obice hæresim promulgare acque firmate ausus est, aninente Brunone Andegavensi Episcopo, quem in eandem vesaniam, aucta erroris propagine, non solum decipiendo perduxerat, sed & propugnatorum acerrimum constituerat. Cum verò nefanda blasphemiarum rumor jam Gallias impleisset universas, necnon Germanias perflavisset, Henricus Franc. Rex Christianissimus, Roberti parentis ut regi ita & pietatis hæres, ejus exemplum ad condemnandum errorem, profugandam hæresim, penitusque obtruendam, ut nullatenus amplius audiretur, opacus exsurrexit, quamvis civili bello teneretur jugiter occupatus; probrè sciens, tunc reddi sibi Deum propitium ad debellandos infestios hostes, cum emergentes hæreses comprimuntur, & regia potestate, ne vel mutire audeant, continuo strangulantur: reddique tunc pacificum, atque divini protectione securum regnum, cum Rex sollicitè curat ejus Ecclesiam ab omni prorsus hæresis labe impollutam integramque servare. Quamobrem paterno exæstans zelo, impie ad conciliandum monstrum ab inferis portis nuper emeritum, & magna omnium admiratione, sed majore detestatione auditum, regia tuba milites convocat, cum vide licet totius regni Episcopos ad Concilium vocat.

Villelmus Trajectensis Episcopus. causam Henrici Regis F. Imperatoris Henrici, qui contra Ecclesiam inaudita superbia insurrexerat, contra bonum & æquum obstinatè tuebatur, & studio partium Regis, multa in injuriam Romani Pontificis, omnibus penè diebus solemnibus, inter Missarum solemnia rabido ore clamabat, perjurum eum, adulte-

tum & pseudoapostolum appellans, & tam à se, quam à cæteris Episcopis sæpenumero excommunicatum pronuntians. Is brevi posteaquam Rex exactus Paschalis feris Trajecto discesserat, repente gravissima agitudine correptus est: cumque per acerrimos cruciatibus animæ & corporis urgeretur, miserabili ejulatu coram omnibus qui aderant, vociferabatur: Justo Dei judicio se & præsentem vitam amisisse, & æternam, quod Regi ad omnia, quæ perperam intendisset, operam suam summo ænitu tribuisset, atque in spem gratiæ ejus, Romano Pontifici sanctissimo & Apostolicarum virtutum viro graves contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset. In hanc vocem (ut afferunt) sine communiione, sine ulla satisfactione expiravit. De eodem Villelmo sic Languis ex Annalibus Ecclesiæ Magdeburgensis Villelmi Episcopi. Trajectensis, fautor Henrici Ecclesiarum tyranni. Hic, cum præfatus Rex esset Trajecti, & excommunicatio Regis à Romano Pontif. facta præsentata fuisset, Rex ipse excommunicationem Papæ consilio Episcopi vilipendebat. Episcopus quoque idem præfatus, timens ne si populus hoc audisset, à Rege sicut ab excommunicato discederet, inter Missas sermonem faciens ad populum, de risorie, quod Rex excommunicatus esset, indicavit. Sed hanc excommunicationem nihil valere, quibus poterat verbis, utpotè facundus homo, confirmabat. Sed quantum valeret in semetipso coactus est cognoscere, si liceret ei penetrando à superbia resillire. Nam in ipso loco, in quo Rom. Pontif. derogabat, ipse mala veritute corripuit, in qua usque ad miserandum vitam telementum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingravescente, dum quidam homo Regis cum rogaret, ut se cum ipso mandaret remitteret ad Regem; Hoc, inquit, mitto ei mandatum. Quid ipse & ego omnes iniquitates ejus faventes, sumus damnati in perpetuum. Cumque à suis qui aderant clericis, ne talia loqueretur, esset admonitus: Quid aliud, inquit, domos, nisi quod verum esse visibiliter intueor? Ecce enim laqueum lectum meum circumstant, quarencis me, mox ut expiravero, capiant. Itaque cum furore & corpore eductus, rogo vos, & omnes fideles ne se fatigent pro me faciendis supplicationibus. Hic igitur in desperatione defunctus, diu jacebat insepultus, donec Romam mittitur, & inde quaesito consilio, ne populus corrumperetur factore, Apostolico iussu sine commendationibus sepelitur. Et ita alii complures Henrici fautores malè interiere. Udo Treverensis Archiepiscopi repentina morte obijt, Burchardus Miensis præfatus ex equo cadens expiravit. Sic & Godofredus Dux hostis Saxonie percussus sine confessione periit. Ita & Eppo Episcopus noster magnus Henrici fautor & affectator mala morte vitam conclusit, de qua in prædictis Chronicis Magdeburg. ita ad verbum scribitur: Eppo Citizensis Episcopus, dum in Episcopatu S. Chilian quendam rivum fortè sedens in equo transiret, quem quilibet pedes sine periculo transire possit, ubi nec timor ullus fuit, equo cadente moriens sic interit, sic S. Chiliano disponente, ut qui ejus rebus violentus incubuerat, vinumque illius sæpè injustè biberat, aquam quoque suam justè bibendo, dum suffocatus scilicet obijt, ultra merum non querat. Et quia nobis irconciliabilis permansit, Deo irconciliatus ab hac vita migravit. Ex Lamberto Schaffnaburg. Baron. tom. 11. anno 1076.

Ex aliis locis pluræ hinc accommodari poterunt, puta ex tit. de Consilio, Conviventia, Indulgentia parentum, magistrorum, Defensione, Irritatione, Consensu, Aliisque eo pertinentibus.

ALIENIGENA, QUI ET EXTRANEUS APUD JUDEOS VETERES, QUIS.

ALIENIGENA tripliciter sumitur apud Judæos. Primò dicitur is, qui non est de genere Judæorum; estque hæc magis usitata usurpatio hujus vocis. Secundo, qui non est de stirpe Levi, ita dicitur Num. cap. 18. vers. 4. Alienigena non miscbitur vobis: veterur quippè, ne ullus qui non est de genere Levi, se immisceat ministracionibus religiosis, quas Levite faciebant circa tabernaculum. Tertio, qui non erant de stirpe Aaron, quomodo accipitur in Levitico cap. 22. quando veterur alienigena non possit comedere carnes Deo oblatas, illas scilicet, quæ cedebant in jus Sacerdotum. Nam ex hostia pacifica, quæ magna ex parte cedebat offerenti, laici quilibet cum eo comedere poterant.

Communia vetera cum alienigenis. Vide in loco de Abominacione.

Ali-

Alimentum.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ALIMENTUM, τροφή Græcè, à τρέφω, id est, alo, quod idem est quod nutrio; & significat omne id quod ad vitæ sustentationem est necessarium. Scribunt Juriconsulci, Alimentis legis, cibaria & vestitus & habitatio debetur, quia sine his ali corpus non potest: hinc & decreta Pontificum interpretantur alimoniam, victum necessarium. 62. q. 2.

ALIMENTORUM ACQUISITIO.

Per quos. Alimenta subministrata à Deo, Angelis.

ISRAELITÆ, cum in solitudinem inter Elim & Sina pervenissent, optabant se in Ægypto adhuc carnis carum affidere. Dominus ergo eis comunices dedit, item & rorem caelestem, qui manè humi partus jacebat, ad similitudinem seminis coriandri, albus, gustu placentarium, quæ ex melle conficiuntur. Eam cum manè conspersissent Israelitæ, inter se dicebant, Manhu, quid est hoc? Er ex eo appellationem Manæ obtinuit. Colligebant autem in singula capita quotidie gomerem unum: neque ei, qui plus collegerat, supererat; neque ei, qui minus, deerat. Quod si quis partem in crastinum reservaret, id enatis verbibus corrumpebatur. At 6. die duplicem victum colligebant, duos videlicet gomeres in singulos, ut etiam pro septimo die, Sabbathi scilicet, haberent, ut iussu Domini; neque id quod reservabatur, corrumpebatur. Coquebant autem & elixabant rorem hunc. Hac manna per 40. annos in deserto fuit usi Israelitæ. Præcepit autem Dominus Aaroni, ut gomerem mensuram manna in phialam immitteret, idque in arca fœderis ad posteros custodiendum reponeret: non obfcura salutatis illius panis, qui de cælo descendit, significatione. Exod. 16. Ad posteaquam trajecterunt Jordanem duce Josue, & Galgalis Pascha celebrarunt, postquid Paschæ de terra frugibus comederunt, ac postquid ejus diei, quo terræ fruges gustarunt, manna defuit: coque anno Chanaanæ proventus fuit usi. Jos. 5.

DANIEL Propheeta propter destructa Babyloniorum idola in spelunca leonum dejectus, ab Habacuc per medium aerem à Judæa vecho cibum accepit. Dan. 14.

LUPUS Senonum Archiepiscopus, cum secum cenantibus vinum defecisset, sperare omnes in Domino jussit, nec metueret sibi quod sperasset defuturum. Vix dum sermonem finiret, cum nunciatum est, cados vini plenos ante januam stare ipso qui attulerat incognito atque incerto. Neque inter convivantes dubitatum est, quin à Deo missi fuissent. Mar. lib. 4. c. 2.

Cum Caroli Magni Exercitus in bello Saxonico siti tridiana laboraret, & à destruendo fano Hermanfau desistere ob aquæ penuriam cogitaret, Deus per torrentem quandam prope montem subitò aquas largiit. c. 64. Adon. etate 6. Adem. lib. 4. Annal. Annales Franc. Amittin. lib. 4. c. 64.

DEMONIIBUS.

EPIMENIDES Cretensis à nymphis cibum accipere solitus erat, eumque intra bovis ungulam conditum servans, paulatim inde fumebat, adeo ut à nullo hominum unquam vel edere, vel facere per alium egere visus sit. Laert. ex Demetrio.

Quadrupedibus.

Consule tit. In vita conservati: quatenus alimenti subiectione & subministracione a feris sustentatur.

Ferunt, Jovem educatum fuisse à capra, à cuius nomine dictus est Agrioculus. Politianus in Neustria.

Cretea ferit in Ida Capra Jovem puerum fides aluisse papillis.

POLYPHEMUS Cyclops nutritus est à lupa. Syllius lib. 14. Aetneo Polyphemus erat mirum in antro, Atque inde antiqua nomen feritatis amabat, Vbera præbebat parvo lupæ.

PELLAM Neptuni & Tirus filium, ab equa: sed & Alopes Priami filium Alexandrum, ferunt à vulpe (ali ab urfa) educatum: Egistum verò Thyreæ & Pelope filium, à capra, unde & nomen habuit. Alian. lib. 12. de Variis hist.

Ægidius Abbas ad Rhodani ostia latebram sibi eligens, triennio nulli cognitus, cervæ lac præbente nutritus est; postea inventus, atque inde educatus, præesse monachis cepit. Marul. lib. 4. cap. 7.

Avibus.

Helia post xl. dierum jejunium corvus panem divinitus attulit.

PAULUS I. Eremita speluncam habens in inferiore Thebaidæ, Ægypti eremo, palmarum fructus ab initio ostavit. Deinde dimidiatum panem quotidie illi corvus ministravit. Quum autem eò venisset Antonius, ut Paulum ipsum videret, corvus integrum attulit panem, & propter novum hospitem cibum duplicavit. D. Hieron. in ejus vita.

ERASMUS Episcopus, Diocletiani persecutionem fugiens, in monte Libano à corvis pascitur, ab angelis visitatur, feræ etiam sylvestres posita ferocitate illi blandiuntur. Marul. lib. 4. cap. 2.

BLASIVM Sebaste Episcopus. cum Diocletiano Ecclesiam vastante ad desertum sine viatico declinasset, aves aluerunt, donec inventus in Christi confessione vitam finivit. Idem. In festis.

MENNA Samnitum provinciæ solitario (ut Gregorius tradit) pauculatantum apum alvearia victum suppeditabat. Quæ cum Longobardus quidam latro rapuisset, à diabolo obfessus fuit, donec cum suis precibus Menna liberavit. Marul. lib. 1. cap. 8. ex Greg. Dial. lib. 4.

Ajunt, Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquatum inopia laborari posset: sic ut in proverb. abierint & aqua vitæ sperata de operibus novis & utilibus. Zenodatus.

Libris. Consule tit. Fidei Laborum erga parentes. Presbyteris.

Benedicto Abbati, cum in laxa rupis spelunca olim clauso panis defecisset, presbyter quidam divinitus monitus prædiolum suum attulit, & quoniam tunc solemnibus Paschæ dies erat, secum cibum liberius capere hortatus est. Deo gratias dedit, tum quod sibi de victu in tempore prosperavisset, tum quod sacerdotem suum sibi in solitudine videndū obtulisset: talique lætus hospite, gratanter ea, quæ allata erant, unâ cum illo comedit. Marul. ex Greg. 1. 2. Dial. c. 2.

QUOMODO. PUTA LABORE, Mechanico.

Consule locum Mechanicarum arrium.

ANTIQUITUS ante repertam agricolationem, agri spinis infrugiferis occupabantur, mortalesque duram quandam & agrestem agebant vitam. Deinde ostensa ratione colendi terram, mitior victus successit. Atque hinc dicitur proverbio, Non enim spinæ. Erasmus in Adag.

Senis agricola, Filios ad agri cultum exhortans, apud Horatium versus extant: digni quos suo quisque vitæ generi, quod divinitus nactus est, accomodet.

Vosite contenti casulis & collibus istis. O Pueri, Marsus dicebat & Hernicus olim Vestimisque senex: panem queramus aratro. Literario.

ISOCRATES Atheniensis rhetor stupè à discipulis lacrymans accipiebat, quod artem liberalem, ob corporis necessitatem, veluti prostituere cogere. Quandoquidem pretium est artis non velamentum tantum, sed & honestamentum.

FOSSIONE.

Quia nec amnes perennes, neque lacus, neque fontes abundè suppeditant aquam regioni Atticæ, verum puteis manufactis utuntur ferè: legem scripsit Solon, ubi puteus publicus intra Hippicum esset, eo uti esset jus (Hippicum spatium quatuor stadiorum erat) at privatam aquam pervestigarent, ubi majus interveniret intervallum. Quod si fossa decem passus in altum depreffa, aquam in suo non invenissent, tunc ut fumerent à vicino, & sex congiurum hydrium bis die implemrent. Inopiam enim subveniendum, non altendam existimabat ignaviam. Plur. in Solone.

Coli moverique terram, callumque summæ cutis solvi, aquarum interest. Proditur cerè, in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Atreacia, cessasse fontes, amneque qui in eo situ multi erant. Rursus conditio, post sex annos emerit, uti quæque coefferent partes coli. Plin. lib. 13. c. 4.

PRECIUS.

Ex tit. Preces exaudite, quadam hinc transferri possunt.

Dion scribit, adversus Quados bellum à M. Antonio Philosopho gestum: in quo quam sit æstus præcipue confictarentur Romani, hostium multitudine circumsepti, nec ullum omnino effugium pateret, repente cælitus aqua vis magna est præ-

A præcipitata. Id factum interpretatur Dion, quod Ægyptus Armaphis magis excantaminibus daemones quotiam, & acrimis advocasset Mercurium. Qua in re sciens mentitur Historicus aliis gravibus. Christi namque virtus largos effudit imbres: erat namque in exercitu Christianorum *rayua*, id est, legio, cujus precibus, id ipsum Imp. exigente, aquarum effusa est copia, & crebra in hostes fulmina excussa: unde Ceratinobolos dicta legio, M. Antonino ita sanciente. *Cælius lib. 21. cap. 18. Antiq. Lell.*

TRANSUTATIONE.

Christus opt. max. uti presentia sua nuptias in Cana Galilee sanctificavit, ita primo illo suo & quidem insigni miraculo, aquæ scilicet in vinum conversione, divinitatem suam comprobavit, & conjugalem statum inter homines evidenti benedictionis æternæ argumento confirmavit, per quem non terra tantum, ut olim, sed & cælum repletur.

Mindenſis Ecclesia pontifex DICHMARUS, multis utens jejunis, die Parasceves misit quendam, qui hauriret aquam, qua sola tum ureretur in potu. Fecit ille quod iustus erat. B Aqua, ubi venit in manum Pontificis, vertitur in vinum. Illud sibi arbitratu pontifex à ministro, severè jubet, ut aquam, non vinum, afferat. Minister sanctè testatur, non vinum, sed aquam se hausisse. Jubetur iterare ministerium: accedit quod prius. Tum vero non credens fidem ministrum, cum illo egreditur, inquiritur, usidè ille hauriret. Videns ergo aquam esse mutatam in vinum, Dei bonitatem collaudavit, qui vetera miracula renovaret. *Crant. lib. 7. cap. 18. Metropol.*

LIBERALITATE ALIENA.

Consule tit. *Adulatorum*, quos Græci *Υπαυτις* proprie appellant: *mensæ aliene asseclas, & palati causa aliis asserviantes. Item tit. Liberalitatis in alimentis præbendis.* Adversus *βίον* *βίος*, id est, Tibicinis vitam vivis. In eum jacebatur, qui lautè quidem, sed alieno viveret sumptu. Tibicines enim, quoniam in factis olim adhibebantur, adesse solent & in cœnis pontificalibus, idque immunes. *Erasm. in Adagii.*

Gratiani quondam Augusti uxori, ut inquit Zosimus, Latæ, ejusque matri Pissamena, ex regio silco Theodosii C inſtituto iumpus mensæ regie Romæ præbebat. *Sig. lib. 10. Imp. occid.*

ALIMENTORUM PENURIA ET DEFECTUS.

De Fame & Siti, quatenus Appetitum naturalem alimentis absentis indicant, agitur in propriis Tit. *cuſqueque, hic vero quatenus Alimentis, secundarii boni corporis, defectum continent. Sub Tit. Fames & Sitis memorabilis, ut fortuita mala considerantur. Hic quatenus Corpori incommodant. Respectu vero Effectus sive Eventus, sub Tit. Inedia sive mortui. Habitus circa hæc versant, sub loco Tolerantia vel Mollitiei circa famem & sitim, infra Tit. presentis.*

CIBI PENURIA.

Midas Phrygiæ rex, auri acquirendi cupiditate, fame ferè periit. Cum enim à Baccho, quem hospitio benignè acceperat, optio ei data esset, petendi quicquid veller: Midas expevit, ut quicquid contingeret, continuè aurum fieret. Itaque etiam cibaria, quæcumque contractasset, in aurum converti fuerit, teste Ovid. *lib. 11. Metam.* donec iterum Deum oravit, ut hoc munus à se auferret. *Natalis Comes D lib. 9. c. 15. Mythol.*

BABYLONIORUM urbem Darius Perſarum rex obſidebat, à quo deſciverant, quod inſitum eis à natura in ipsum erat odium: ut autem commeatu, quos in urbe habebant Babyloii, diutius extendere, ex toto fœmineo sexu cum ſingularis viris omnibus delegiſſent, reliquas, ne eis alendis illorum nutrimenta, per quos urbs defendebatur, confumerentur, ſtrangulaverunt. *Fulg. lib. 7. cap. 6.*

Cum Cambyses Perſarum Rex contra Æthiopes Macrobius expeditionem pararet, nondum quinta itineris parte confecta per arenas, tanta commeatu penuria exercitum inſaſit, cum herbis careret milites, fortiti ex se ipsis decimum quemque comederint. Cambyses veritus mutuum suorum depaſitionem, retrò redire coactus est. *Herod. lib. 3.* Alexandri Magni Exercitus adverſus Bellum Bactrianorum ducem, tanta laboravit fame, ut ſingulae amphoræ succi ex ſiſama, venirent ducentis quadragenis denariis. Singula verò mellis amphoræ denariis 30. Amphoræ vini totidem. Titrici nihil omnino aut exiguum admodum reperiebatur. Itaque frugum penuria milites herbis & piſcibus famelice-

vabant. His demùm alimentis deficientibus, jumenta (quibus onera portabant) interfecerunt, & eorum carne traxerunt vitam. Cumque eos ligna deſicerent, crudas carnes devorabant. Sed tamen piſcium, quod ibi multum copioſumque erat, adjumentum ad concoctionem præſtabat. *Ælian. lib. 12. & Curtius lib. 6.*

Melitus oppidum est Theſſaliæ, quod Nicias Athenienſium dux expugnavit, non tam machinis bellicis, quam fame. Hinc fames Melia, proverbio locum fecit.

L. Sylla, qui poſtea Romæ dictator fuit, Athenas obſidente, emit miſera civitas medimnum tritici mille drachmas: vulgo & omni ignobili multitudo graminibus circa urbem naſcentibus, & calceis coctis avidius veſcente. Venit in eadem urbe trecentis drachmis tritici modius. Demetrio Antigonis Syriæ res Atticæ graviter aſſigene. Delapſo mure è tecto, Pater cum Filio etiam pugnis decertavit. *Sab. l. 10. c. 7.*

PETILINI, dum ſitam Rom. pop. fidem præ cæteris Brutis adverſus Pænos probare contendunt, longa obſidione fatigati, coria ex ſcutis detraxere, ut quoquo modo poſſent, inde ſibi victum quaerent. *Idem.*

Pænis Rom. præſidium ad Caſilinum obſidentibus, forex trecentis est argenteis numis emptus, invidioſo pretio, ſed auctione magis invidioſa, quippe quæ vitam emptori tribuit, ademit inſitorem. *Idem.*

Calagurium urbs est Hiſpaniæ, Quintilianis patria: ejus incolæ à Cn. Pompejo obſeſſi, ut fidem Sertorio præſtarent, uxores ſuas ac liberos in ſitum extremæ dapis converterunt, quum nullum aliud animal in urbe ſupereſſet.

Saguntus urbs Hiſpaniæ, amiſſiſſima Romanis, longa Pænorum obſidione eò famis redacta eſt, ut civis extracto in foro igni ſitas res omnes conjicerent, ſequè ac ſuos poſtmodum liberos eodem præcipitarent, ne venirent in manus inimicorum. Hinc Saguntina fames, dicitur de extrema rerum penuria. Hanc autem famem triſte prius portenderat prodigium. Nam quum ferè enixa mulier eſſet, inſans in uterum regressus, civitatis excidium ſignificavit. *Eutropius.*

Peruſium oppidum Etruriæ. In quo M. Antonius obſeſſus ab Auguſto, quum extrema fame laboraret, annonæ penuria coactus fuit deditonem facere. Hinc fames Peruſina in proverbio aſſigit.

Obſeſſa à Tito Veſpaſiano Hieroſolyma, præterquam quod Judæi omni immundo cibo, quum ipſo quoque humano ſtercore veſcerentur, & quotidie permultos fames abſumeret: inventa eſt mulier, nomine Maria, Eleazari F. quæ è regione trans Jordanem Hieroſolymam fagerat, genere & divitiis nobilis, cujus bona omnia Zelote diriperant, quæ filium trinum, occiſum, igne aſſaret, ut ejus carnis, quem ipſa pepererat, miſerandum in modum ſibi vitam prorogaret. Detectaque res eſt per eos, quos ſtimulante fame aſſatarum carnium nidore ad eam traxerat: qui præ horrore magnitudine retroceſſerunt, miniſque grave ſibi duxerunt fame conſici, & ipſam mortem obire, quam in ipſo ſcelere: quo cibo in eum morem veſci. *Ioseph. lib. 7. bell. Jud.* Titum hoc facinus detectum, in ſcleris tanti expiationem eſt urbem ferro & igni vaſtaturum, interminatim ſcribit.

Byzantium, cum à Severo Roman. Imp. obſideretur, poſteaquam cibis Byzantinos deſecit, comedere pelles animalium maceratas. Quibus poſtea conſumptis, magna pars navigavit, obſervatis procelis, cæterisque tempeſtibus, ut nemo eis poſſet occurrere. Idque faciabant, ut vel interirent, vel commeatum compararent. Idem fecere in agris etiam. Qui manebant in urbe, etiam ad humanas dapes converſi ſunt. *Xiphil. in Severo.*

Franciſco Sporta Mediolanum obſidente, tritici modius vicenis aureis numis veniit. *Sab. lib. 10. cap. 7.*

Obſidebant Galli Conſalvium Agitatum intra Baroli menſia (quod Apulia oppidum eſt) tanta obſidatione, ut nihil omnino intra oppidum inferri poſſet. Quare Conſalvus & reliqui Hiſpani, de ſcutis ſuis pelles trahere vitæ coacti, quibus elix uterentur. *Egnat. lib. 7. c. 6. & Sab. lib. 10. c. 7.*

POTUS.

AGAR Ægyptia, ancilla Abraham, domo pulſa cum Ifmaele filio à Sara, in deſertis Berſabæ ſiti periſſet, niſi Angelus ei puteum oſtendiſſet. *Geneſ. 21.*

In ſolitudo Raphidum aquarum penuria Iſraelitas vexavit. Quas cum per jurgium à Moſye peterent, juſſu Domini virga ſua petram in monte Horeb percuffit, & aquæ fontem produxit. Locus dictus eſt Naſſa, à tentando, quod ibi Deum tenta-

A tentarint, & Meriba, quod cum Moſye contenderint. *Exod. 17.* In ſolitudo Sin, ad Cadem ur. Idumææ, aquæ ſumma penuria fuit. Moſyes virga ſua petram percuffit, & copioſam Iſraelitis aquam produxit. *Num. 20. & 21. verſ. 27.* Auſter Piſyllis Penorum populis omnis eorum regio, quæ intra Syrtim eſt, aquarum inops. Ob id iſti publico colloquio atque conſilio expeditionem fecere adverſus Auſtrum. Eos cum ad arenas veniſſent, Auſter ſpirans illic obruit. Terram eorum Naſamones occuparunt. *Herod. lib. 4.*

Naſamones populi in extremis Libyæ ſinibus Atlantem montem incolunt, ſerunt nihil, ſed agreſtium tantum vitium fructu aluntur. Hi nullos habent amnes: Quæ enim ab Atlante aqua deſluit, eſt in tres alveos diſcedit, nunquam tamen in modum juſti fluminis excreſcit, ſed ſtatim ab arena exforberit. Neque etiam Æthiopes flumen aliud præter Nilum habent. *Pauſan. in Atticis.*

Xerxes Perſarum rex, cum in bello magna vini & aquarum ſimul penuria eſſet, in exercitu proclamatum eſt: Si quis aquam ex Choaspe haberet, ut regi eam bibendam daret. Et inventus eſt quidam, qui paucillum haberet, idque putridum. Bibit igitur illum Xerxes, & cum, qui dederat, benefactori loco habuit. *Ælian. lib. 12. de Var. hiſt.*

Ataxerxi Perſarum regi, bello contra Cyrum fratrem, jam ſiti deficienti, Peribartzenes eunuachus, cum aliud non liceret, à ruſtico quopiam ſeridum urem derulit, putris aquæ corylas octo continentem. Eam aquam cum rex totum ebibiſſet, rogatus. Equid illi placuiſſet ille potus? Deo teſtatur eſt, ſe nunquam vinum potaſſe jucundius: nec ullam aquam, quamvis puriſſimam, ſibi viſam ſuaviorē. Ac poſt nactus eum hominem, qui eunucho aquam dederat, eſt pauperè divitem fecit. *Eraſm.*

Severus Romanorum Imp. cum contra Oſiroenos, Adjabenos & Arabes duxiſſet, poſteaquam tranſiit Euphratem, cum ea regio tuxiſſet, in ſumma inopia aquæ, ac tum magis Sole ardoribus ſiccata atque arida eſſet, pulvis tantam moleſtiam exhibebat, ut nec iter jam facere milites poſſent, nec loqui: ſed hoc unum verbum efferre poterant, Aquam, aquam. Quæ ut inventa eſt, Severus poculum plenum aquæ coram omnibus exhauiſit. Poſt hunc cæteri omnes biberunt, Cæque ita recreati ſunt. *Xiphil. in Severo.*

ALIMENTORUM USUS.

Huc ex tit. *Fames memorabiles, eorum exempla, qui abominandi dapius præ fame unantur. Ex tit. Anthropophagorum, quatenus vel neceſſitate preſſi, vel ſeritate induſti, ad humanas dapes convertuntur.*

QUÆ ALIMENTA IN USUM

ADHIBITA.

Consule locum *Appetitiois alimentorum. Illic Functio, hic Subjectionem conſideratur.*

IN GERE.

Piſces ſecundum cibum Ægyptiſi fuiſſe tradunt, poſt primum uſum herbarum & radicum paluſtrium, Nilo eorum copiam, præſertim cum decreviſſent in alveum redit, ſerente. Pecorum quoque carnis veſcentes, quidam eorum pellicibus pro veſte utebantur. Hac vita plurimum tempore exacta, poſtmodum alius fructibus, in quibus panibus ex loto factis, D veſci cœperunt. *Diodorus lib. 1. cap. 4.* Pane veſcuntur, quem ex farre conſiciunt, & Collettem nominant. Vino utuntur factio ex hordeo: deſunt enim in ea regione vites. Victitant quoque tum piſcibus, partim crudis, & ad ſolem arefactis, partim ſanguine conditis: tum avibus, ſed crudis, prius tamen ſale conditis, cotumebibus, anaticibus, atque parvis aniculis. Cæteris autem vel volucribus, vel piſcibus, quæ ipsis in proximo ſunt (præter illa quæ ab eis ſunt recepta pro ſacrīs) partim aſſis, partim elixis. *Herod. lib. 2.*

IN SPECIE.

Aqua.

Inducitur ab *Herodoto* lib. 1. Perſarum rex, ex Choaspe apud Suſam ſuente aquam bibens, etiam in expeditionibus, cum plurimi curtus quatuor rotarum à milis tracti, luſtimidi aquam ferentes in vaſis argenteis eum ſequerentur. Cteſias Cnidius, eam & leviſſimam eſſe, inquit, & ſuaviſſimam. Secundus Ægypti rex cognomento Philadelphus, cum ſitam ſuam Berenicem Antiocho Aſſyriæ regi deſpondiſſet, magnis impenſis curavit, ut Nili aqua ad eam

aſſeretur, quam ſolam biberet, teſte Polybio. *Arb. lib. 2. E. cap. 2.*

DARIUS Perſarum rex vulneribus conſectus, à Polyſtrato Macedonem extremum munus aquæ hauſtum frigida obtulit. *Sab. lib. 6. Enn. 4.*

JULIANUS Imp. expeditione contra Perſas graviter vulneratus, frigida hauſtu nocte mortem ſibi acceleravit. *Marcellinus lib. 22.*

Manna.

Manna Iſraelitæ cœlitus in deſerto aliti ſunt. Erat autem cotiandri grano ſimilis, ſpecie bdellii, quam illi paſſim colligebant, molaque contuſam, aut in mortario tritam coquebant in ollis, & hinc pulvis depoſitibus faciebant, ſapore ſibi oleo conſecti. *Exodi & Num. 11.*

Sal.

Græcæ antè reliquas dapes, ſal velut amicitia ſymbolum hoſpitibus apponebant, & vino madentes, oleo perungebant & ſale, quod adverſus ebrietatem remedium eſſe putabant. *Alex. lib. 5. cap. 21.*

Radices.

In Æthiopia, quæ ſupra Ægyptum eſt, juxta fluvium, quem Aſtrapam vocant, inhabitat gens, quam Rhizophagos vocant. Radices enim arundinum, quas ex propinquis locis eſſodiunt, magna cura lavantes barbari, lapidibus terunt; quod molles factæ cohæreant: deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capit, factas, atque ad ſolem decoctas mandunt. *Diod. lib. 3. cap. 3.*

Delectantur alio Thracæ, utpote calido, cum regionem incolant frigidam. *Svidas.*

Attici, quoties navigationem aut expeditionem adornabant, commercabantur alia, eaque rebus impoſita ſecum ferebant. Item in obſidionibus urbium in pretio erat allium. Undè illud citrà nomenclaturam apud Svidam, *καλλοίαι τὰ σκόρδα πορρωδῶς*, id eſt, Perdo alia in obſidione. *Eraſm. in Adagii.*

Folia.

ΥΠΟΡΡΑΓΙ Æthiopes cum filiis uxoriſque ad loca campeſtria accedentes, arbores aſcendunt, ac teneras ramorum ſummitates auferunt. Tantam autem eſt continuo uſu ramos aſcendendi peritiam habent omnes, ut, quod incredibile videtur, de arbore in arborem velut aves proſiliant, aſcendantque tenues abſque periculo ramos, macilientia levitateque corporis nixi. Si quando pedes labantur, manibus ramis comprehenſis ſe à caſu vindicant. Quod ſi forte deciderint, nulla in re propter levitatem corporis læduntur. Ita ramis tenerioribus dente exefis, ventrem faciunt. Hi ſemper incedunt nudo corpore, communemque uxores ac liberos habent. Pugnant invicem pro locis armati baculis adverſus alios, ac dominantes victis. Moriuntur ut plurimum fame, cum deficient viſu corpus privetur eo ſenſu quo cibum quaerebat. *Diod. lib. 3. cap. 3.*

THRACES, qui ad Strymona habitant, foliis tribuli, equos ſaginant: ipſi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem. *Plin. lib. 22. cap. 10.*

Herbe.

Priſcis victum Ægyptiſi herbas ac paluſtres caules, radicemque quas guſtu experti comprobaviſſent, fuiſſe tradunt, eamque quam gramen dicunt, herbam, tum præcipua dulcedine, tum hominibus ac jumentis utilis imprimis uſus. Ejuſ utilitatis memores ad hoc uſque tempus viri, hac manibus decrepta deos orant, exſiſtantes, hominem limoſum ac paluſtre animal eſſe: ſumpta conſectura tum ab ejus humil naturalique ortu, tum quia magis humidis quam ſiccis eget cibus. *Diod. l. 1. c. 4.*

Ægyptus paluſtribus, ad victus facilitatem quædam ſunt excogitata. Siquidem cum fluvius plenus campos inundavit, in ipſa aqua exoritur ingens viſus liliorum, quæ Loton Æton Ægypti vocant. Ea ubi demerſerunt, ad ſolem exſiccant. Deinde quod medium loti eſt, papaveri aſſimile, poſtquam coxerunt, ex eo faciunt panes aſſos. Eſt autem hujuſ loti radix quoque eſculenta, etiam ſuavitate præſtantis, orbiculata, mali magnitudine. Sunt & alia lilia roſis ſimilia, & ipſa in flumine naſcentia: quorum fructus in alio calice germinans è terra, ſimiliſſimus ſpecie eſt favo veſpæ. In eo eſculenta quædam inſtar nucleoli olivæ coagmentata innaſcuntur, quæ & tenera comediuntur, & arefacta. Jam verò junctum annum ubi è paludibus exercebantur, ſuperiorem ejus partem amputant, quam in aliud quiddam convertunt: quod relictum eſt inferius longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo ſi qui admodum ſuavi

A uti cupiunt, in luculento fumo torrefactum ita comedunt. Herod. lib. 2.

Ægyptiorum mos traditus, ut in familiaribus cœnis brascifam præsumant imprimis: quo edulii genere ebrietatem dicuntur arbitrari. Alex. lib. 3. cap. 21.

ROMANI olim lactuca esu cœnam fitebant, somni conciliandi causa. Posteriore appetitus excitandi gratia primo loco fumpserunt. Hinc Martialis illud:

Claudere que cœnas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapas?

GALENUS medicus Pergamenus lactuca frequenter usus est, ætate quidem juvenili, cum ventriculus assidua bile turgere, refrigerii causa: in senio verò, adversus vigilias. Galenus lib. 2. de Alim. fac.

Carduus lactucarum vice etiam in conviviis à Rom. apponi solere, testis est Julius Capitolinus in vita Pertinacis Imp. Plinius item lib. 19. de carduis in hunc modum: Poterant videri dicta omnia, quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduus apud Carthaginensem magnam, Cordubamque præcipue, festertium fena millia è parvis his reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganem vertimus, etiam ea quæ refugiant quadrupes concitæ.

Fructus.

In Scythia montanis Homines quidam calvi habitant ex arboribus viventes; quibus Ponticum nomen; magnitudo ferè eadem, quæ fico; fructus fabæ similis etiam nucleo. Id ubi mite fuerit, vestibus exprimunt: & quod ab eo crassum & nigrum desluit, nomine aschy, id aut lingunt, aut lacte commixtum potant. Ex ipsius quoque crassitudinis face massas ad esum componunt. Neque enim multum est eis pecorum, upotè non audiosis rei pecuarie. Herod. lib. 4.

SPERMOPHAGI Æthiopes fructus, qui æstate ex arboribus decidunt, colligentes, abique labore edunt: reliquo tempore herbam in umbrosis nascentem locis decerpunt, quæ vitæ subvenit egestati. Diod. lib. 3. cap. 3.

NASAMONES Peni sub æstatem relicti ad mare pecoribus, confidunt ad locum Agilem, decepturi palmulas. Nam palmæ illic è permulta sunt, & fructiferae omnes. Ex quibus ubi palmulas præmatras decerpunt, ad solem siccantes maturæ faciunt, deinde lacte maceratas forbillant. Herodorus lib. 4.

LOTOPHAGI, Africæ populi, è solo loti fructu victitant, qui est inftar fructus lenticii, suavitæ affimilis fructu palmarum, ex quo vinum conficiunt. Herod. lib. 4. Horum meminit Homer. Odyssea lib. 9. narrans, quemadmodum Ulyssis loci gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad navim noluerint, nisi verberibus adacti:

Τὸν δ' ἔπειτα λωτοῖο φάος μελῆσθε καρπὸν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαρτίσειαί τε τῶν ἠδελῶν, ἰδὲ νείκεθ',
Ἄλλ' αὐτῶ βουλομένο μετ' ἀδράην λωτοφάγειν
Λωτὸν ἐρεθίζοντο ἀνέμοι, νόστον τε λάθευον.

Plin. lib. 13. & Theophr. 4. de Plantis cap. 9.

MOSYNÆORUM in Ponto opulentissimorum filii nucibus tostis aluntur. Diod. lib. 14.

VETERES glandibus victitantur. Mox inventa est juglans arbor, sic dicta, quasi Jovis glans, quod suavitæ saporis cæteris præstaret. Græc. δὴν βαλάνου. Macroh. lib. 3. Satur. D cap. 18. Frugibus cerealibus repertis, mansuetiorem vivendi modum sunt amplexi. Ordeum primum repertum, δὴν. Hinc ἄρῖστος, δὴν τῆς ἀρῖς ἔστος, & ex specie genus, pro opium quantumlibet affluentia.

Frequens & diturnus fuit glandium cibus Arabibus, ut quo tempore monuit Apollo Lacedæmonios, ne Arcades bello læscerent, hunc illis victum è glandibus hinc veribus attribuerit:

Glande satum multa obisset tibi plurimum Arcas:
Nostra tuus non sunt contraria numina cœptis.

Pausanias in Arcad. Mitiorum his victum indixisse Arcas dicitur primus, ac panis docuisse rationem, ac texendarum vestium & lanificii quoque. Calius lib. 16. c. 3. A. L.

Diogenes, quem in oppipato convivio videret Platonem nihil attingentem lautitiarum, sed oleis dumtaxat vescentem: Quis accidit, inquit, vir sapientissime, ut cum ob hujusmodi mensas in Sicilia profectus sis, hic à paratis abstineas? Ad hæc Plato: At hercle Diogenes, & in Sicilia hujusmodi ferè cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes, necesse erat Syraculas navigare? an tum Attica non terebat oleas? Hoc dictum quidam adscribunt Aristipponi. Laert. lib. 6.

ROM. veteres. Vide infra Ova.
JOANNES Aragonum rex 18. qui ad 80. annum integra valetudine pervenit, arborum fructibus libentius vescitur, quam carnibus. Viris vicibus & recentibus appebat, & eas maximè quas Aragoes Butirios appellant, & Latini Dunticorias. Marinus lib. 12. rerum Hisp.

Semina.

Papaveris candidi semen tostum in secunda mensa cum melle apud Antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergebatur, assuto ovo inherens, ubi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. Plin. lib. 10. cap. 8.

Legumina.

Kalendis Maji vescuntur Romani vatis leguminum generibus simul coctis, quæ Virtutes appellantur. Hinc jocus cuiusdam: Nequaquam mirum videri debere, Romanos à suis majoribus tantoperè degenerasse, cum singulis annis virtutes eorum devorent. Poggins in Facetis.

Aves.

Coturnicum magnam copiam in solitudine Sina Domini Israelici misit. Exod. cap. 16. vers. 13.
Eudoxius Cnidius l. 1. Phœnices Herculi coturnices sacrificare, inquit, propter quod cum Hercules Jovis & Aristæ filius in Libyam proficisceretur, ac à Typhone interceptus fuisset, Jolans illum coturnicis assæ odore refecit: Oblectabatur enim, cum circumvagaretur, hoc animali. Athen. l. 9. c. 15.

OENÆ insule Hyrcani maris incolæ ovis marinatum aviù & avena spontè nascente vivunt. An. Syn. c. 17. hist. Asiæ.

Boves, Tauri, Vacca.

Regnante Tarquinio Superbo, cum magna incidisset pestilentia in mulieres Rom. gravidas, quæ fuerat facta ex carne diu vendita populo taurorum, ludè ob hoc diis inferis insituti, Tauri sunt vocati. Festus.

Capra.

Clitomachus Carthagenensis novæ Academiæ sectator, dicere solitus fertur, Quendam athletam Thebanum omnes suæ ætatis viros superare, quod capris carnibus uteretur, tenacibus illis & concoctu difficillimis, quarum esu olidus è corpore sudor manaret. Athen. lib. 9. cap. 24.

Lepores.

Εἰς λαγῶνας, id est, in leporinis carnibus vivere dicebantur, qui lautè atque in deliciis vitam agebant. Nam leporinum olim à Rom. in deliciis habitum declarat Martialis:
Inter aves turdus, si quis me iudice ceret.
Inter quadrupes, gloria prima lepus.

Erasm. in Adag.

Catuli.

CORSICÆ insule accollæ, cum cattulis parvis non solum cicuribus, sed etiam agrestibus vescuntur, iracundi sunt, crudelēs, insidi, audaces, prompti, agiles, robusti: talis enim est natura canum. Caradæus de Varietate.

Egri.

GERMANOS, aballos tum agrestes tum domesticos comedere, Greg. III. ad Bonifacium reprehendit, & abrogare jubet. Nauder. gener. 25.

Quando Reges five Duces Tartari exercitui suo comæntum distribuunt, quadraginta viris unum equum dare solent. Quibus mactatis, milites carnes inter se partiantur & staviorem, sunt, quæ ad ignem parum calefacta, ut videlicet ad hærentia stercoia excuti possint, unâ cum cineribus & carbonibus de igne ocyus rapta vorant. Non solum autem digitos pinguedine perunctos, sed etiam culcillum, lignumve, quo stercoia detergunt, suaviter lingunt, sicutque. Capita equorum apud eos in deliciis habentur, insignioribusque tantummodo apponunt. Guaguin. in descript. Tar.

Cum Galli Novatiæ à Veneto & Sfortiano exercitu obfiderentur, dux eorum Ludovicus Aurelianus videns milites recentium carniū desiderio teneri, eosque incommode salis vesci, præsertim quod in mediis astatis fervoribus vitæ non penitus carerent, minus generosos equos occidebat, & dissectos per centurias æqua divisione militibus largiebatur. Iovius lib. 3. Hist.

Fulpes.

Sarmatis, Vandalis, ac innumeris aliis, equorum & vulpium carnes solatio sunt. Cel. lib. 28. c. 2. A. L.

Simia.

A Ziganes Afri minio inscuntur, ac simiis vescuntur, quarum affatum gignitur isci, qui in montibus degunt. Herod. lib. 4.

Simia.

Quidam conspecto asini cadavere, Scythæ cuidam, qui forte aderat, dixit. En quod cœnes. Ille primum aspernatus, atque abominatus, post tamen apparuit, cœnavitque. Ita ferè Svidas & Zenodorus. Herichius secus effert. Scythæ veteri Særa, Scythæ asinum convivium appetit. Erasim. in Adag.

Testudines.

In Carmanæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. A flumine Arbi promontorium piscum inhabitant, præter capita toto corpore hirsuti, coriisque piscium vestiti. Plin. l. 6. c. 24. Testa, quæ concava est, veluti cymba navigant, pro aquæ receptaculo; item pro tentoriis utuntur. Sic cibo, vase, domo, navi, vitam illorum testudo adjuvat. Diod. lib. 3. cap. 3.

Lacerta.

B Lacertis virentibus vesci, in more Aphris est, Alex. Locusta.

Orienti & Libiæ grata præcipue locusta est: quod verum Joannes comprobat Baptista, ut inquit Hieronymus, & probat ex Levit. 11. lib. 2. contra Jovinianum. Cel. lib. 28. c. 2. Antiq. Lett.

Æthiopes Acidophagi, deserto contentissimi, homines paulo cæteris breviores, macilentis, ac supra modum nigri. Veris tempore Zephyrus ac Lybicus venti infinitum penè locustarum ex deserto ad eos deferunt numerum. Hæ pernæque sunt, sed colore alarum turpiæ squalido. Æthiopes ad id affuerit, in quandam larum longamque multis stadiis convallem plurimum materiei ex propinquis locis ingerunt. Cum vulg tempore locustarum tanquam nubes à ventis supra vallem deferret, materiem congestam, omnemque loci herbam antea succifam incendunt. Locustæ desuper volantes ingenti fumo eceant, paulùm ultra vallem ad terram tanta decidunt copia, ut vicium omni genti abundè præbeant. Has enim sale, quod rictum plurimum fert, super infuso, diutius servant, cibum gustu eis suavem. Hic est solus eorum per omne tempus locustarum victus. Diod. lib. 3. cap. 3.

MANDI, Indorum populi, locustis victitant. Quadragesimos tamen annos non excedunt.

Serpentes.

LACEDÆMONII quandoque à Pythia nuncupati sunt opriidæ. Eius appellationis ex historia veteri hanc promunt rationem. Quadam tempestate serpentinum multitudinem mita in Laconia fucerevit. Facta inde annonæ caritas est incredibilis, coactique indigenæ serpentes in eicam humanam vertere: unde nomenclaturæ novæ data occasio. Quod in Admirabili relatione Aristoteles scribit. Cel. lib. 18. c. 2. Antiq. Lett.

CANDEI, seu Ophiophagi, vescuntur serpentibus, quorum fertilissima est eorum regio.

Vermes.

PHRYGES ac Pontici, vermes albos obesosque, capite nigricante, qui è cariosis promuntur materiis, inter delicias habent: ac xylophagia comedisse, luxuria est. Calius lib. 28. c. 2. Antiq. Lett.

D Budini, Scythiæ populi, pediculis escant. S. abell. lib. 6. c. 1. ex Herodot.

Pisces.

Oritæ, quos Arabis Fluvius ab Indis differminat, nullum alium cibum novere quam piscium: quos unguibus dissectos sole torrent, atque ita panem ex his faciunt, ut refert Clitarchus. Plin. lib. 7. c. 2.

Apud Babylonios tres sunt familiae, quæ nullo alio, nisi piscibus, victitant. Quos captos ubi arefecerunt ad solem, hæc faciunt. In pilam conjiciunt, ac pistillis pinisunt, deinde linteis conservant. Inde quisquis vult, conpergit, ofsamque facit: illis verò in modum panis torret. Herod. lib. 1.

Sunt ex Ægyptiis palustribus, qui solum piscibus victitant: quos ubi ceperunt, exenteratos ad solem desiccant, exsiccatique deinde vescuntur. Herod. lib. 2.

Ichthyophagi piscibus pro pane & obsonio utuntur, Neptuno Cereis loco victum illis subministrante. Diodor. lib. 3. cap. 3.

PÆONES Prasiadem paludem incolentes, piscibus etiam equos alunt. Herodot.

Athæneus ex Clearchi auctoritate, Siculos ait dicere, apud se mare quoque dulce esse, quod gaudent edulis, quæ mare portigit. Erasim. in Adag.

In Rhodo qui pisces in deliciis habet, eum populares quasi liberalem commendant: quibus verò magis aridet carniū esus, si agrestes & ventres calumnia causa appellantur. Elianus lib. 1. de Variis hist.

Mel.

Fama est, Democritum Abderitem fuisse ob senectutem penè furiosum, atque cum vitæ pertæsus esset, subtrahere sibi nutrimentum singulis diebus consuevisse. Sed cum dies Cerealiū sacrorum esset propinquus, rogantibus mulieribus, ne moretetur per id tempus, ut facta celebrare possent, paruit, & vas sibi melle plenum adferri iussit: inde ferunt hunc virum multos dies vixisse, cum solo melle vesceretur, atque deficiente melle, post hos dies mortuum fuisse. Suavissimum mel enim Democrito esse solebat, qui etiam interroganti viro, Quomodo quispiam sanus vivere posset? Si exteriora oleo, inquit, interiora melle irriget. Athen. lib. 2. cap. 3.

Erat Pythagoricorum cibus, panis cum melle. Athen. lib. 2. c. 3.

POLLIONEM Romulum, centesimum annum excedentem, quem interrogat Augustus, Quam ratione maximè vigorem illum animi corporisque custodisset? respondit, Inustus multo, foris oleo. Cel. lib. 28. c. 27.

Lycus scribit, Cymios, id est, Corficæ insule populos, esse novæ generatæ sicut in præteritis, hoc est, de assiduo mellis usu esse vitæ diturnioris: etiam ridiculum nonnullis id videatur, quando (ut ferè consentiunt poetæ) mel Corficum, auctore Diodoro, item nota: censetur pessimæ. Cel. lib. 28. c. 27. ex Athen. lib. 2. c. 3.

Ova.

Apud Romanos cœnæ initia habebant ova, mala finiebant, attestante Porphyrio quoque. Undè Horatius. Ab ovo G usque ad mala citatet, Sermonum primo. Calius lib. 27. c. 17. Antiq. Lett.

Lac.

Arabes novimus camelorum lacte vesci, à carnibus suillis verò abstinerè imprimis: copie vel raritatis utramque ratione. At camelos detestantur in Septentrionem rejecti. Cel. lib. 28. c. 2. Antiq. Lett.

Refert Aristoteles & Theophrastus, Philinum quandam nullo alio cibo per totam vitam usum fuisse, quam solo lacte. Athen. lib. 2. c. 2.

Menifimini Æthiopiæ vivunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta pasunt, maribus interemptis, nisi sobolis causa.

Byzoni mediterranei lacte bubulo victitant, nec ullo præterea vescuntur cibo. Erasim. in Adag.

Sanguis.

Bifaltæ, Scythiæ populi, nutriuntur equorum sanguine, pennixto lacte. Virg. lib. 3. Georg.

Tartari cum aliquid proficiscuntur, & fame sitique cruciantur, equis, quibus insident, venas incidunt, haultoque eorum sanguine sitim famemque sedant. Equis verò hujusmodi venarum incisionem maximè prodesse putant. Equarum lacte supra modum delectantur, quo robustos pinguesque se fieri arbitrantur. Guaguin. in Tartaria.

Medulla.

Achilles puer aprorum uriorumque medullis, ac leonum visceribus à Chirone fuit nutritus. Apollodor. lib. 3.

Puls.

Pulte non pane vixisse longo tempore Romanos, manifestum, quoniam inde pulmentaria hodieque dicuntur. Er Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, ofsam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie læra prisca atque natalium, pulte stilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuisse, quam Italiæ polenta. Plin. lib. 28. c. 8.

Panis.

De panis generibus, Vide Calium lib. 9. cap. 16. Ant. Lett. Apud Græci Mæzæ videntur opposuisse, dicto, sicut in aliis, quasi elevatum vi fermenti.

Album

A Album panem in deliciis fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in bello de Mercede servientibus, id est...

Lotometra femine, quae fit ex loto facta, sunt panes in Aegypto à Pastoribus, maximè aqua vel lacte subacti...

BRASILIENSES frumentum minimè ferunt. Panem è radice unius herbae conficiunt, portulacae magnitudine. Haec autem tam lethiferum venenum continet, ut qui illam crudam comederit, repente moriatur...

GOThARDUS Hildebrandus Episcopus, cum Meinvercum Padebornensem Episcopum mortuum audisset, panem album, qui in mensa appositus erat, apprehendens: Quando te, inquit, à Beate Meinverce, panis albus à morte non potuit liberare, ipse ego deinceps album panem nunquam gustabo...

Tradunt, Zoroastrem in desertis caeco vixisse annis viginti, ita temperato, ut vetustatem non sentiret. Plin. lib. 11. cap. 42.

DIoGENES Cynicus, quum placenta vesceretur, percontanti, quid comederet, respondit se panem edere bene confectum. Erasmi in Adag.

De Mensis secundis consule Athen. lib. 41. cap. 17. PERSEUS cibus utuntur perpaucis, bellariis permultis. Hinc est, quòd dicunt, Graecos etiam à cibo sumpto esurire, quoniam mensis secundis parafimè tantum utuntur. Herod. lib. 1.

ATTICA bellaria fuisse traduntur laeta & eximia. Platoni bellaria fure, ficus, cicer, faba, myrtili baccae, & ex fago glans prunis tota. Alex. lib. 5. cap. 21.

M. TERENTIUS Varrò in illa lepidissima satyra Menippea, quae inscribitur, Nescis quid vesper ferus vehat: de secunda mensa placentas removet, his verbis: Bellaria ea maximè sunt mellita, quae mellita non sunt: quoniam enim & tria societas infida. Significat autem bellaria, omne menta secundae generis. Nam quae tripartita Graeci, vel tripartita dixerunt, ea veteres nostri appellaverunt bellaria. Macrobi. lib. 2. cap. 8. Saturn. & Gell. lib. 13. cap. 11.

TROGLodITE Aethiopes utuntur potu, idiotae paliuri succo, potentiores vero quodam flore expresso, qui est deterrimo nostro mulco perissimilis. Diod. Sic. lib. 3. c. 3.

THEODATUS ignavissimus Italiae rex in summa annonae penuria, per univervam Italiam orta, audiens, in Veronenfi agro acinaticum esse vinum, saporis, odorisque suavissimi, magnam ejus vim summo cum fisci impendio Romam advehit curavit. Vinum etenim illud afferit Cassiodorus colore purpureo fuisse regium, sapore præcipuum, dulcedo cuius ineffabili suavitate sentiebatur: quum tamen interim tactus ejus densitate pingueceret, ut carneus liquor vel potio edibilis videretur. Crantz. lib. 3. Societ. cap. 24.

A QUIBUS USURPATA

Lens philosophorum cibus, Cynicorum præsertim. Vide ejus encomium apud Athen. 1. 4. c. 18. PYTAGOREORUM cibus erat, panis cum melle. Athen. lib. 2. cap. 3.

Ficus sicca corpus & vires adjuvant. Ob id ante athleta hoc cibo præbebantur: Pythagoras exercitator primus ad carnes eas transtulit. Plin. lib. 23. cap. 7.

Militibus.

MILITUM cibus olim alia. Indè adagium, nisi cetera visceribus, unde vivimus, id est, Ne edas alia & fabas, hoc est, ne bellis, neve iudicis adis. Nam in bellum inferebantur alia commentus militaris; in iudiciis fabas esitabant, ne obdormiscerent: Svidas. Erasmi in Adag.

ALIMENTI APPETITIO.

IN GENERE.

ACQUISITA.

SOCRATES, cum ad vesperam usque deambulasset strenuè, interrogatus, cur id faceret? respondit: Quòd melius cenam. Cicero 5. Tuscul. quest.

PTOLEMÆUS nunquam esuriens comederat. Cui cum peragranti Aegyptum, comitibus non confectus, fidius panis datus esset, nihil est visum illo pane suavius, Platina lib. 2. de Optimo cive.

Quum in Phiditiis apud Lacedaemonios tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod caena caput erat, delectatum. Tum is, qui illud coxerat: Minime mirum, inquit, condimenta enim defuerant. Quae tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursum ab Eurota, fames, sitis: His enim rebus Lacedaemoniorum epulae conduntur. Quamquam hæc fabula seculi narratur apud Plutarchum in comedia, quam adjectam videmus apophthegmatis Laconicis, de Lycurgii institutis. Erasmi in Adag.

GNEFACTUS Aegyptiorum Rex, cum Arabiam cum magno exercitu profectus esset, & deficiente comenatu in desertis ac asperis locis cibum vilem fumere cogere, factus est, nullum cibum magis jucundum unquam fuisse: proinde omnem luxum damnavit, & hujus frugalitatis tabulam Thebis in templo Jovis poni voluit. Diod. Sic. lib. 2. cap. 1. de Rebus antiq.

POSSESSA.

Multa Appetitio valida, VORACITAS. Hinc voracitas, quatenus corporis potius affectus, quam animi vitium est (nam hoc respectu ad intemperantiam referenda venit.) Consule item locos Fames atque Sitis, quae uti per se sunt Passiones corporis, sic etiam illic actionis appetitricis vehementis.

Credidit Nero Polydacho cuidam Aegyptio, crudam carnem & quiddam daretur mandare asucto, concupivisse vivos homines laniandos abumendoque objicere. Sveton. in Nerone.

Paucis.

Optimum condimentum fames, inter apophthegmata Socratica celebratur. Irridebat hoc dicto luxum Atheniensium, qui variis cupidis & operosis condituris conarentur efficere, ut cibus saperet palato, cum id optimè præstet fames, condimentum ut optimum, ita & utilissimum. Nihil enim suavius edi, quam quod editur ab esuriente. Erasmi in Adag.

DIONYSIO tyranno fastidienti nigrum jus quod in Phiditiis apponebatur, coquus respondit, non esse mirum, cum delectent condimenta: de palestra, cursuque ante cenam sentiens. Erasmi in Adag.

Abjurdia.

MULIERES pregnantis multatam rerum desiderii tenentur, sæpe carbones appetunt & cineres. Vidi (inquit Froes in lib. 12. de Civit. Dei, cap. 25.) quæ mortuum cervicis juvenis cuiusdam appetebat, & correpta magnis doloribus abortum fecisset, ni memorasset, exanimato penè juvene, tam avidè infixis dentibus.

DEPULSA. ABACTIO

Fames inter Fortuita mala connumeratur: ejusdem depulso inter bona. At hic non externam copiam vel inopiam sed Appetitionis mitigationem consideramus.

In eo prælio, quo Cosroes Persarum regnum ope Mauritii Imp. recuperavit, capti sunt cum Persis Turci, & quorum tunc nomen primum auditum est, interrogati, cur sub Batan (qui Cosroem expulerat) militassent, responderunt, fame se patria abactos. Et cum quidam in fronte inuistam crucis figuram atramento haberent, confessi sunt se à Christianis edoctos, ut hoc amuleto famem repellent. Cuspin.

Sitis.

Sitis. Vt passio est, enarrabitur loco convenienti. Vt vero Appetitio, sic hic tum ut acquiratur, tum ut possidatur tum ut depellatur & abigitur, vel potu, vel aliaratione.

Darius Rex Persarum multis antea epulis & poculis fastidiatis, cum aquam turbidam & cadaveribus inquinatam in fuga bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius: numquam enim sitiens biberat. Plat. 12. de Optimo cive.

Magnus Sfortia torquebatur facile siti, quum in magnis aestatis fervoribus equitare pugnareque oporteret, adeo ut se armatum, siti potius quam ferro confici diceret: atque id mortis genus maximè vereretur. Quae de causa armigerum puerum insituerat, qui lagenas aquae viniq. & alia ex faccato sitis subsidia, valido equo præferret, nec à se unquam vel in extremis pugnae periculis divelleretur. Jovius in vita ejus.

IN SPECIE. APPETERE

Carnes.

ISAAC patriarcha, cum serina delectaretur, Esau venatore præ Jacob adamabat. Gen. 25.

Hercules cum bovinis carnibus fucus virides comedebat. Ath. 17. c. 1.

P. Syrus mimographus nullam cenam sine abdomine fullo fumebat, & primus etiam Suminis nomen imposuit. Plin. res. lib. 1. c. 9.

Plin. 1. 28. c. 9. scitibus, leporem in cibus sumptum, gratiam corporis in septem dies conservare. Unde illud Catulli in Lesbiam epigramma. Lampridius scribit, poetam quemdam in Alexandrum Severum Imp. quòd quotidie vesceretur leporina, ita lussisse.

Pulchrum quòd vides esse nostrum regem, Quem Syrum sua detulit propago, Venarus facit & lepus comesus, Ex quo continuum capit leporem.

Hos versus quum quidam ex amicis ad Alexandrum detulisset, respondisse fertur in hanc sententiam:

Pulchrum quòd putas esse vestrum regem, Vulgari miserande de fabella, Si verum putas esse, non irascor: Tantum tu comedas velim lepusculos, Ut has animi malis repulis Pulcer, ne imvideas levore mentis. Erasmi in Adag. & Cal. 1. 26. c. 30. A. L. Pifces.

Antipater Tarfensis Sic. lib. Superstitiois 4. famam esse dicit apud nonnullos, quòd Gatis Syrorum regina ita fuit obsoniorum studiosa, ut per præconem fieri edictum jusserit, ne quis pisce sine Gatis vesceretur: atque idcirco ob inscitiam Atergatem à nonnullis fuisse vocatam, non autem quòd à piscibus abstinerit. Mnaseas idem narrat. 2. de Asia, & addit, moris esse, cum deam precantur, aureos pisces vel argenteos deponere, sacerdotisque per totum diem veros pisces in mensa obsonia parantes deponere, assatos ac elixos: quos ipsi postea deæ sacerdotibus comedunt. Cum Atergatis, ut auctor est Xanthos Lydus, à Mopso Lydio capta fuisset cum Pisce filio, in Alcalonis stagno immerita fuit per injuriam, & à piscibus devorata. Ath. 1. 8. c. 6.

Philoxenus Cytherius paraficus à piscibus Philichthys est cognominatus. Ath. 1. 7. c. 1.

Callimedon rhetor Demosthenis ætate Carabinomen est affectus, quòd pisce isto supra modum delectaretur. Cal. 1. 13. c. 25. A. L. ex Ath. 1. 7. c. 1.

Olera.

Polemon lib. de Samothracia, Latonam, cum utero gestaret Apollinem, narrat porrum capitatum cupisse. Quare ita statutum est apud Delphos in Deorum omnium festo, ut qui maximum porrum capitatum Latonæ attulerit, partem capiat ex mensa. Ath. 1. 9. c. 3.

Radices.

Fertur in templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibus prælatum raphanus, ut ex auto diceretur, beta ex argento, rapum è plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium imperatorem, quem Samnitium legatis aurum repudiaturo afferentibus, rapum torrentem in foco inventum, annales Rom. prodidere. Scripsit & Mofchion Græcus unum de raphano volumen. Plin. 1. 19. c. 5.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

Sifer Tiberius princeps nobilis, flagitans omnibus annis è Germania, Gelduba appellatur castellum Rheno impostum, ubi generositas præcipue. Plin. 1. 19. c. 5.

Ludovicus XI. Caroli VII. patris metu apud Burgundos exulans, saluarius cuiusdam Cononis familiaritate se oblectabat. Ad regnum evecto, Conon simplex homo rapa aliquot ab uxore accepta, quibus Ludovicum post venationis laborem avidè vesci viderat, oblaturus, Parisios proficiscitur. In itinere fame urgente, omnes rapas, grandissima excepta devoravit, eamque regi dono dedit. Rex hominis simplicitate delectatus, mille donavit aureis, & rapam inter thesauros suos collocari jussit. Nobilis quidam observata hac liberalitate, beneficium soneraturus, generosum equum regi dono dedit. Hilari eum animo Rex suscepit, & rapam sindoni involutam ex erario depromptam homini dari jussit. Explicato munere indignabundo nobili, & se delusum conquerenti: Quæ rapam hæc ludificatio, subinlulit Rex, mille emptam aureis rapam equo centum aureorum pretiam vix æquanti opposuisse? Egida. Corroz. de ditiis & factis memor. Horarius fructus.

Ita magno studio caricæ apud homines omnes digna putabantur, ut Amirochates Indorum Rex ad Antiochum scripserit, ut caricas, passum, sapientemque obsonatorem ad se mitteret. Rescripsit ad eum Antiochus, ut testatur Hegesander: Caricas ac passum ad te quidem mittimus: sapientem vendere, non est legibus permisum apud Græcos. Ath. 1. 14. c. 23.

Philolycus dicitur, cui plurimum ardentis fici, quas arbitrantur nonnulli velut duces purioris vitæ manufactoriosque, quando lepadæ Athenienses nuncupant, id est, ficum lactam, locum inuentus (ut putant aliqui) ubi ea sit nata primum. Sed & fructum sycophantæ vocant, quia prima hic cibus manufactus videtur. Quin & veterem primumque fuisse Atheniensibus cibum inde, scribit Aelianus: sicut Arcadibus glande vesci, antiquissimum fuit. Sycophantæ indi dicti, delatores eorum, qui ex Attica ficus exportarent. Cal. 1. 38. c. 9. A. L. ex Ath. 1. 3. c. 3.

PLATO Philolycus dictus, quòd ficibus impensè delectaretur. Ath. 1. 7. c. 1.

Artesilius philosophus uvis summopere delectabatur. Ath. 1. 7. c. 1.

PHILIPPOS Macedo, & Alexander ejus F. Philomeli dicti sunt. Quin inventis propè Babylonem optimis pomis, edita ab Alexandro melomachia est, onullis navibus. Ex Ath. 1. 7. c. 1. Cal. 1. 13. c. 15. A. L.

Cucumis mira voluptate Tiberio principi expetitus est. Nullo quippe non die contingit ei, peniles eorum horros promoventibus in Solem rotis olitoribus, rufocutibus hybernis diebus intra speculatum munimenta vertantibus. Plin. 1. 19. c. 5.

Jafon Maynus J. C. clarissimus, rubro melone, quem Siccomariis ager propè Ticinum profert, sic delectabatur, ut diceret: Si in paradiso essem, ac melone vesci prohiberetur, in discrimen fortasse transgressionis Ad exemplum deduceret. Bern. Sacrus 1. 4. Ticinensis hist.

Legumina.

Camatherus Logotheta apud Mantelem Connenum Imp. viridibus fabis impensè delectabatur, earumque tota arua consumebat. Aliquando igitur in castris, quum transfiumen fabis confitum agellum conspexisset, statim exutis vestibus tranavit: nec maximam partem devorasse contentus, reliquas in fasciculis collectas, & humeris impositas abstulit: & in tabernaculo suo sedens, fabas suavitè absumpsit, quasi longo tempore jejunasset. Nicet. 1. 3. de reb. Manuelis.

Panem.

ANTONINUS Pius Imp. panem siccum frequentè comedit ad sustentandas vires in senio, antequam salutatores venirent. Cuspin.

Aquam.

Vide Tit. Abstemiorum.

Vinum.

Vide Tit. Ebriosorum.

AUGUSTUS Cæsar Rhetico vino maximè delectatus est. Suet.

A *Lac.*
TARTARIS lactis equini potus gratissimus est, ut legatis Tartaricis, atque etiam veterariis tributum à Mofchis perentibus, vel alia de causa venientibus, cum equis veherentur, dux ipse Mofchorum pedesler obviam prodiret, & lactis equini poculum venerabundus porrigeret: si qua gutta inde in jubam equi distillaret, eam lamberet. *Crom. l. 29.*
ALIMENTI AVERSATIO.

Ex Tir. corum, qui Cibo & Potu penitus abstinere, tanquam ab effectu posteriore, quadam huc transferri possunt.

IN GENERE.
 Hic solus Appetitus aversantis naturi, vel etiam symptomati rationem habemus. Qui vel religionis, vel frugalitatis nomine abstinere, ad alios paragrappos pertinent.

IN SPECIE.
Aversari Poma.
CONSTANTINUM Imp. Marcellinus scribit nunquam gustasse pomum.
ULADISLAUS Jagello Polonorum Rex, sic à malis abhorruit, ut ne odorem quidem eorum ferret. *Cromer. l. 20.*

Pythernus unum ex iis tyrannis, qui Athenis imperarunt, scribit Glaucnem abstemium fuisse, Hegelander Delphus Anchimolus & Mofcum in Helide philosophantes, donec vixerunt, semper aquam bibisse, testatur: atque cum solis scibus vescerentur, nihilominus corporibus fuisse robustis: à eorum sudorem ita fuisse gravem, ut omnes odorem vitarent in balneis. Matris vir Atheniensis, donec vixit, vel nihil, vel certe parum præter myrti fructum comedit: à vino & ab aliis omnibus abstinuit, præterquam ab aqua. Abstemius fuit etiam Lamprus musicus, Phrynichus laros conquisitos esse dicit iis diebus, quibus mortuus est Lamprus vir aque potor, sonorus, ac valde sapiens. Meminit & Macho comicus Mofcionis abstemii. *Arb. l. 2. c. 2.*

Demosthenes, oratorum omnium, qui unquam fuerunt, Principem, abstemium fuisse, memoria prodiderunt. Cuius exemplo & argumento, non acrioribus ingenii homines pronunciantur, qui vino non utuntur. *Cel. Rhodigin. l. 28. c. 26.*

Sigimundus I. Polonorum Rex ab infantia quidem senescit usque, parvis aique instituto, planè abstemius, & aque potor fuit: ingravescente vetò ætate, medicotum suavis vinum bibere didicit: sed ita tamen, ut nunquam eum quassum ebrium viderit. *Cromer.*

Uladislaus Jagello Polonorum Rex abstemius fuit ita omni vita. Uti & frater ipsius Vitoldus Dux Lituaniæ, & filius ejus Uladislaus junior, Ungariæ & Poloniæ Rex. *Cromer. l. 20. & 21.*

Leonora Augusta, Frederici III. abstemia. *Aneas Sylv. l. 2. Com. in Panorm.*

Petrus Ramus Veromandus, infans adhuc in cellam vinariam clam parentibus irrepit, & mero copiosè haustu juxta dolium mortuo similis concidit. Ab eo tempore sic deinceps vinum abhorruit, ut per viginti & amplius annos eo abstineret, quoad eum sanitas ergo Medici vino uti iussit.

CONCOCTIO ALIMENTI. FORTIS.

Consule Tir. Hellenum, quatenus copiosum alimentum concocquere possunt.

PANDAREUS (ut est apud Bæum in Ornihogonia) in agro Ephesio habitavit, quo loco nunc juxta urbem est Prion. Huic Ceres id largita est beneficium, ut venter ejus cibis nunquam gravaretur, quantumcumque ingerisset. *Ant. Liberalis.*

DEBILIS.
 Aristoteles in Politicis ἀνακατασκευάζει appellat Athletarum dietam vivendique rationem, velut necessariam ingurgitationem, quòd continuo tumoris molem corpori adicere studeant, uti Galenus insinuat, Philostratus de Ruto Perinthio sophista loquens, dicit, illum durasse corpus, perpetua sagina illud roborando: cujus verba sunt: ἐλθὲν δὲ γυμνασίου κρατύνει τὸ σῶμα, ἀνακατασκευάζει δὲ διαποικίον αὐτὸ πρὸς ἀπλοῦς τῆς ἀγωνιστικῆς, id est, Dicitur fuit consuevit corpus roborare gymnastico exercitio, semper illud expleudo, & non aiter, quam solent luctatores, fatigando. *Hud. Im. Cent. 7. Adag.*

Inemperantia circa sumptionem alimentorum.

Vide Gula, Intemperantia, Prodigalitas alimentaria, & pleraque habes in Titulo de CIBO.

DE ALIMENTORUM MODERATIONE, APOPHTHEGMATA.

SOCRATES cum qui virtutem, tanquam patriam, intuenti desiderabat, admonere, ut abstinentissimam vitam agens, voluptates omnes, veluti Sirenes, fugeret, *Stob. serm. 15.* Idem, quosdam hospites suos quum satis tenui cena exceperet, cuidam querenti respondit: Si boni sunt, equanimiter ferent: si mali, non est curandum. *Laert. Idem* suadere solitus erat, illos cibos potulve vitandos, qui ultra sitim famemque vitandam producant appetentiam. *Xen. Macrob. Saturn. l. 6. c. 4.*

PLATO. Extat præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est, his ferè verbis: Nullo modo placuit bis in die saturum fieri. *Cic. ult. Tusc.*

Bias Priænus, beatum quidem cum esse dicebat, qui & dives esset, & cupitis potiretur: sed eum qui nihil concupisceret, longè beatorem fore. *Max. ser. 3. de castitate.*

Aristides, quum Grecis tributa indixisset, tantò pauperior rediit, quantum absumperat in peregrinatione. At qui in tali genere functionis solent alii messem optatam metere. Eò magis ille cavet, ne quid suspicionis ejusmodi constare sibi, proinde sui impendium rem gessit. *Plut. in Grec. apoph.* Idem, quum Themistocles irritis Aristidis consiliis, hoc agerent, ut census esset in tuto, dicens, eam laudem non esse viti, sed sciri tuo servantis aurum: deinde summam boni ducis laudem desinuit, scire ac præcise hostium consilia. Et isthuc, inquit, o Themistocles, faciendum est: sed imprimis oportet habere manus abstinentes, atque hæc egregii ducis præcipua laus est. Hoc sermone notavit Themistocles rapacitatem, & ostendit, à publico bono abstinentum esse omnibus. *Plut. in vita Aristidis.*

ANACHARSIS, stans atque imaginibus inscribatur, γάλακτος, γαστρὸς, ἀδύνατον κρεῖττον, id est, lingue, ventri, pendens temperandum. Quòd maximatorum malorum causa sit lingua effrensus, luxu nil turpius, libido pecudem ex homine reddat. *Laert. l. 1. c. 9.*

Zeno Citientis, ne per modum quidem cibo magis delicioso fruendum opinatus est. Igitur medico columbinum pullum consulente, ipse consilii impatiens, non secus quam Manem servulum, si ægoraret, curati se iussit. Nimirum volebat, se non mollius tractandum, quam ægrum aliquem servum. Si enim absque præciosis alimentis recuperare sanitatem servi possunt, quid idem nobis futurum prohiberet? Sanè indignum est, virum bonum ullo servo molliorem se præstare. *Muson. in lib. de anim.*

Aristippus. Moderatur voluptati, non qui penitus abstinet: sed qui hoc modo utitur, ut non abripiatur cum ipsa: ut navi & equo imperat haud qui non utitur, sed qui quòd libuerit, ducit. *Stob.*

Democritus dicere solebat, Fortis est, non tantum hostium, sed & voluptatum victor. *Stob. ser. 7. Idem.* Quemadmodum unctio, non quæ suavis est, aut longa, bona est, sed quæ sanat: sic cibus, non qui suavis, aut multus, bonus est, sed qui valetudinem tuetur. *Max. monach. ser. 27. Idem.* In capiendo cibo omnis celeritas abrit: hoc enim caninum est, bestiam: Hæc magis quam hominem decet. *Max. serm. 27.*

Epicætes solitus est dicere, duo esse vitia omnium deterrima ac gravissima, intolerantiam & incontinentiam: cum aut injurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque oblectando curat, is erit plerique impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ἀνὴρ καὶ ἀπίρητος, id est: Sustinere & abstinere. *A. Gellius. l. 17. c. 19.*

Ep. curus, interrogatus, quæ quis arte dicitur ferret: Non si presentibus adjecterit, respondit, sed usum ac necessitatem sibi persualiam circumciderit. *Stob. ser. 17.* Non augenda sunt opes, sed minuenda cupiditates.

Demosthenes dicebat, hoc esse perpetuum sapientis institutum, ut rationem cupiditatum dominam constituat. *Stob. ser. 17.*

Cyrus Persarum Rex. Hi qui repentinis abstinent voluntatibus, non id agunt, ut latentur nunquam, sed ut per hanc

A continentiam, multò majore in postem tempus læticia afficiantur. *Brufon. l. 1. c. 9. ex Xenoph.*

DARIUS fugatus ab Alexandro, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit se unquam bibisse jucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. *Cic. Tusc. 4. ult. lib.*

ALEXANDER Macedo, ob aquarum defectum in itinere siti laborabat: igitur cum fortè oblata esset galea aqua plena, ubi galeam in manus accepit, circumspiciens quos circa se habebat equites, demisso capite & fixis in potum oculis, ingulstam reddidit aquam, probatissime vitis dixit: Si solus biberem, hos mætor infligebat. *Bruf. l. 1. c. 9. ex Q. Curtio.*

CATO major, quamvis complures urbes cepisset, nihilominus tamen dicebat, hisce diebus quos in castris fuisset, nihil plus accepisse, quam quæ ex hostium agris comedisset ac bibisset. *Plut. Idem.* Neque, inquit, mihi edificatio, neque vas, neque vestimentum vitium in manu pretiosum, neque pretiosus servus, neque ancilla. Si quid est quo utatur: si non est, ego sum, quo cuique per me uti atque frui licet. *Bruf. l. 1. c. 9.*

TIBERIUS Cæsar ab amicis interrogatus, Cur non tam facile magistratus & præfecturas suas mutaret? respondit, se data opera hoc fecisse semper. Natura enim omnes qui admittuntur præfati, necne esse cupidos, plurimumque studii ad rem magis inagisque augendam eos collocare. Cæterum si diutius in magistratu verentur, tegniores ad quæstam faciendum fieri. Mulcas enim, si longius corporum ulceribus infideant, minus graves, & molestas fieri: quippe sanie ulcerum ad fatierent usque refertas: & eum qui ulceribus scateat, durius acceptum afflictumque iri, si saturis jam repulsis, famelicus alias ad vulnera admittere velit. *Nicephor. Ecol. hist. l. 1. c. 7.*

JULIANUS Imp. Eunuchos, coquos, tonsores, eiecit è palatio. Rogatus, quam ob causam: negavit sibi esse opus eunuchos, cum uxor decessisset: nec opus esse coquis, quòd simplicissimis cibis vesceretur. De tonsores dixit, unum multos sufficere. *Erast. l. 8. apoph.*

Alexander Severus, Curioe nunquam utebatur, nisi seruo suo, debens: Ingenium currere nisi in sacro certamine non debere. Coquos item, piscatores, fallones, & balnearios non habuit, nisi seruos suos: nolens quemquam ingenium fordidis ministris dehonestare. *Ælian. Lamprid. l. 2. c. 10.*

Refertur huc possunt nomina ex Tir. de Abstinentia & Iejunio.

*** Allodium.**

*** DEFINITIO & ETYMOLOGIA.**

ALLODIUM Jurisconsultis vocatur res libera & alicujus propria, ex qua præstatur tributum, l. at si quis §. interd. ff. de relig. & sum. sum. Dicitur etiam hereditas, cum vendere vel donare possit. Alciatus à laudo derivari censet, & alaudium fundum dictum, qui pleno jure pertinet ad possidorem, sic ut nullum alicui laudativum sit præstandum.

Alloquium. Alloqui.

Facile. Blandè. Comiter.

Aristoteles in Rhetor. Gravitate cum Affabilitate conjungi vult, & quoadmodum temperari, ne nimia gravitate superbi videantur: aut immoderate affabilitate teneri, humiles, abjecti & contempti evadant. Tertium est proverbium: Nimirum familiaritatem patere contemptum.

MYTHAGORAS cum pueris oratione utebatur puerili, cum mulieribus muliebri, cum Principibus item congrua usdem, ac fortune apta præcipue. Siquidem incitiae summe est, in personarum diversitate ὁ ἴσος ἡ ποικίλος, id est, orationis modum unum minus evitasse. *Call. l. 1. c. 7. A. L.*

Themistocles erat plebi acceptissimus, partim quòd omnes civis nonimibilibus suis salutarer sine nomenclatore, partim quòd integrum iudicem præberet se in contractibus. Ac Simonidi Cæo aliquid iniqui ab ipso prætorè postulanti respondit: Non fore ipsum bonum poetam, si præter modos caneret: nec se, si præter leges quid largiretur, magistratum probatum. *Plut. in Themistocle.*

L. B. T. theat. vit. Human. Tom. I.

CEBOMENES, Leonide F. Rex Spartanus, pallio amictus Eplebejo ad salutationes aliorum occurrit, collocutus est, & vacavit ex porrecto vultu humanoque aduentibus. *Plut.* Alexander M. in suis ad amicos literis imperi majestatem planè exuebat: Ubi etiam Augustus in suis ad Mecænatem epistolis, illius quoque stylum, quantum licebat, imitatus:

Dignatus remi Cæsar scripsisse Maroni.
Ovid. in Prob.

C. LULIUS Cæsar milites pro concione, non milites, sed blandiori nomine Commilitones appellabat. *Suet. & Polyan. l. 8.*

Imperatorem aut tribunum ignorare milites, pudenda inficitia est. Neque aliud Othonem ad imperium evertis, quàm quòd quemque militum in agmine, in stationibus, in itinere nomine compellat suo, ex hoc gratiam & studià hominum assequutus. *Alex. l. 6. c. 18.*

Vespasianus Romanorum Imp. cum libenter in hortis Salustianis habitaret, eò recipere etiam quemcumque non solum senatorii ordinis, sed etiam homines privatos. Antè lucem, cum esset adhuc in lecto, colloquebatur cum iis qui sibi familiares erant. Nec senatores tantum Romanos, sed privatos etiam homines publicè salutabat, accipiebat hospitio, atque apud eisdem etiam interdum cenabat. *Suet. & Dion. & Xiphilin.*

TRAJANUS Impet. sæpè domos privatorum ex improvviso adiens, cum iis accubuit. *Suidas.*

Tanta fuit moderatio in Stenone Sueonum & Gothorum Principe, ut omnia mallet, quàm nomen Regum (quod ob severitatem priorum Regum ad publicum patris odium devenerat) sibi tribui: gaudebat, se infimorum civium & insularum amicum ac fratrem æstimari. Nemo erat tam humilis conditionis patrefamilias, quum si in ejus domum hospitii gratia introisset, ipsum cum conjuge & liberis portectà manu officiosissime salutaret, sibi que in mensa assistere vellet, & de eorum statu diligenter interrogaret. *In Magnus. l. 32. c. 12.*

Bucicaldus equitatu Gallico præfectus sub Carolo VI. Genue duas meretrices obvias sumptuose vestitashonorifice salutavit. Reprehensus ob id à comitibus, Meretricem, inquit, per errorem salutasse, peccatum non est: at Martonam non salutasse, peccatum est. *Ægid. Corrozet. de di. bis & factis memorabilibus.*

MATTHIAS Corvinus, Hungariæ Rex, suavissima consuetudine sibi omnes obstitinxit. Non solum proceres officii gratia, sed gregarios quoque visitavit. In castris agrorum contubernia lustravit, cibum porrexit, consolatus est, vulnera obligavit. Quinetiam gloriabundus sæpè retulit, se Nicolao Bossene Regi ægrotanti pedum digitos intertriciulise. *Bonfin. l. 7. Dec. 4.*

Consulatur locus de Affabilitate.

AD ALLOQUIUM NON ADMITTERE.

Non alloqui alios.
PALLAS, Claudii Cæsaris libertus, immensis opibus comparatis, cum à Petro accusaretur in Nerone conspiciat, atque ad rem probandam quidam Pallantis liberti adducerentur: coactus est Pallas, ut innocentiam probaret, superbia suæ magnitudinem detegeret. Affirmavit enim, moris sui esse, nunquam ministrorum storum quempiam alloqui: sed si quid vellet, id eis aut manu aut nutu indicare: & si quid esset, quod longiore oratione declarandum esset, illud esse scribere. *Corn. Tacit.*

NERO Cæsar, tam difficilis atque morosus erat, ut neque cum servis, neque cum libertis sermones conficeret, sed omnia quæ vellet mandaret, in libellis scribere consueverat. *Xiphilin. in Nerone.*

Non respondendo aliis.
PAMBO Abbas Theophilo Episcopo fe aliquando aduenti, & aliquo sermone ab ipso spiritaliter resciti petenti, respondit, Si taciturnitate sua non recederetur, nec sermonibus eum resciti posse. *Marni. l. 4. c. 6.*

PERICLES ad rem accedens, Cimoni, qui optimatibus studebat, contrarius, tamen convivia, eamque comitatem ac consuetudinem omnem abruptit, tantoque spatio, quo in republica est versatus, nemini amicorum cenam condixit, Euryptolemo excepto confobitno, cuius nuptus, dum libatum esset, interfuit, inde surrexit. Detrahunt enim familiaritates illæ facile fastum omnem, & majestas eximiationis haud temerè in contubernis remittunt. Enimvero

A Vera in virtute pulcherrima illa videntur, quae apparent maxime: neque est in bonis viris perinde alienis admirabile quicquam, atque vita quotidiana familiaribus. Hic vero etiam assidue refugens & fastidium populi, quasi ex intervallis progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque semper prodibat in concionem: verum sicut Salaminiam tristem dicit Critolaus, ad negotia se reservabat graviora: caetera per amicos transigebat & oratores familiares suos. *Plut. in Pericle.*

Nicias Atheniensis, cum timeret sibi a calumniatoribus, apud neminem civium cenabat, non confabulationibus, non conversationibus ad tempus fallendum dabat se, nec omnino ejuscemodi vacabat oblectamentis, sed archon habebat ad noctem usque in praetorio: curiam primus ingrediebatur, novissimus egrediebatur. Nihil si haberet in publico negotii, difficilis aditus ad eum erat & conveniendi copia: domo autem inclusis desidebat. Amici alloquebantur eos, qui ad fores veniebant, precabanturque, veniam ut darent, quod dilentus etiam tum Nicias esset publicis negotiis curisque. *Plut. in Nicias.*

Gallicratidas classis praefectus, cum venisset ad Cyrum junioem petiturus pecunias rei navali necessarias, vidit Regem largius porantem. Expectabat igitur, ut Regem sobrius convenire posset. Postero vero die cum iterum audivisset illum bibere, nec se admitti ad colloquium, dixit: Ita curam habendam esse pecuniarum, ut ne quid tam committeretur Sparta indignum; & mox inde recessit Ephesum, multa imprecans mala iis, qui primi a barbaris fuissent ludibrio habiti: eoque sua patientia docuissent illos, fiducia divitiarum aliis illudere. *Plut. in Apoph. Lac.*

Venerunt aliquando Lacedaemonii ad Lygdamin tyrannum, legatione fungentes. Sed quum ille variis causariis frequentem distulisset colloquendi copiam, tandem post omnes exulationes dictum est, illum parum firma esse valitudine, sed languere nonnihil. Legati responderunt: Per Jovem non venimus huc cum illo loquatur, sed colloquatur. Belli taxarunt barbari regis fastum ac delicias, qui quamvis frivola de causa res ferias omittet. *Plut. arch. in Apoph. Lac.*

C Pausanias Lacedaemoniorum Rex, petenti Aristidi Atheniensi, se eum gravibus de rebus alloqui velle: respondit, Sibiri tunc audiendi orium non esse. *Plut.*

DEMETRIUS Poliorcetes, Macedonia occupata, aut locum non dabat sui conveniendi, aut acerbus & asper erat ipsum convenientibus. Atheniensium, quorum erat supra caeteros Graecos studiosus, duos annos detinuit legatos, nec deum auditos domum dimisit. Ab Lacedaemoniis cum legatus missus unus esset, despici ratus se, stomachatus est. Urbanè tamen & Laconicè ille, cum hic diceret: Quid tu ais, unum miserunt Lacedaemonii legatum? Sanè verò, inquit Rex ad unum. Cum aliquando magis populariter exire videretur, nec aditum difficilem praebiturus: concurrerunt aliqui ad libellos supplices ei porrigendos. Quos cum omnes accepisset, & chlamyde collegisset, læti affectabant eum homines. Ut venit ad Axii pontem, explicata chlamyde projecit omnes in flumen. Id verò majorem in modum pupugit Macedonas, qui ludibrio haberi se, non Regem arbitrabantur habere: atque Philippum commemorabant vel audiebant de commemorantibus, quam civilis in his & communis fuisset. *Plut. in Demet.*

DEMETRIUS Soter Rex Syriae, propter superbiam in visus fuit militibus. Inclusus in regium quoddam castellum munitum quatuor turribus, non procul situm ab Antiochia, neminem admittit: & omnia resp. cura, debebat in otio per segnitiam. Itaque ad Alexandrum Epiphanius F. defeecerunt, eique Ptolemaidem prodiderunt. *Ioseph. l. 13. c. 3.*

HANNIBAL Cannensis pugnae successu elatus, nec admittit quemquam civium suorum in castra, nec responsum ulli nisi per interpretem dedit. Maharbalen etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem, proflexisse se, quoniam modo paucis diebus Romae in Capitolio cenaret, aspernatus est. Ad eò felicitatis & moderatissimi dividuum contentum est. *Val. l. 9. c. 5.*

M. Cato in Ptolemaeo Aegypti Rege domi suae excipiendo inhumans fuit, dum in alio levanda occupatus, neque Regem adierit, neque ad se venienti ipse vel obviam processerit, vel assurrexerit. *Plut. in Catone.*

M. Antonio Triumviro accessit ad communem infamiam non mediocriter odium ex ea, in qua habitabat, domo, quae fuerat Magni Pompeii, viri non minus ob temperantiam

modestamque & civilem vitam, quam ob tres triumphos admirabilis. Dolebat enim civem, cum cernerent clausam magistratibus, ducibus & legatis, qui contumeliosè repellebantur a foribus: plenam verò munerum, praestigiarum, & adulatorum violentorum, in quos ferè argenti violentissima & acerbissima coactum ratione, absumebatur. *Plut. in Antonio.*

CAROLUS VIII. Galliae Rex, cum sibi cuncta quae armis aggredere, omnino cessura in animum induisset: Pandonium Regis Neapolitani Ferdinandi legatum frustra plures dies in aula versatum, atque exponendae legationis potestatem sibi fieri demissè postulantem, inauditum dimisit. *Jovius. l. 1. hist.*

NON ALLOQUI.

Disimulando se videre, vel audire presentes.

Caduceator quidam in Samum ab Oreste praefecto Sardiis missus cuiusdam rei rogandae causa, Polycretem suum tyrannum forte in conclavi cubantem invenit, assistente ei Anacreonte Tejo. Ad quem accedens Orestes caduceator, cum mandata exponeret, Polycretes neque se ad hominem convertere (erat enim ad patrem versus) neque quicquam respondere. Ea re offensus Orestes, Polycretem infidiis circumvenum cruci affixit. *Herod. l. 3.*

Agefilas Rex Spartanus, dum seder in agro Corinthiaco, & sano Junionis expugnato praedam agere milites egerentes: aderat ex Thebis legati ad agendum de pace. Hic, qui illam civitatem odisset, tunc verò etiam de re esse censebat et insultare, dissimulavit eos videre vel audire alloquentes se. Nec desuit ei divina ira. Nam non dum digressi erant Thebani, cum nunciatum ei est, cohortem ab Sphierate caesam, quanta clade non fuerat longo intervallo icti. *Plut. in Agefilao.*

* Altare.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ALTARE, *Βωμὸς* Graecis, ab altitudine dictum, velvoluta ara; veteres namque in aedificiis à terra elevatis diis superis sacra faciebant. Terrestribus in solo ipso. Infernalibus autem effossa prius ampla scrobae. Aetiam fidelibus populis usitatum erigere altaria, & in eis Deo voto sacrificare, ut ostendimus statim. Volunt nonnulli, hoc veteribus inter fuisse inter altare & aram, quòd illud non nisi superis, hæc etiam inferis Diis consecraretur.

ALTARIUM ERIGENDORUM USUS ANTIQVVS ET RELIGIOSVS IN VETERI TESTAMENTO.

EX S. SCRIPTURA.

Aedificavit Noe altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus mundis & volucris, obtulit holocaustum, odoratumque est Dominus odorem suavitatis. *Gen. 18.*

Apparuit Dominus Abraham in terra Chanaan, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc: qui aedificavit igitur altare Domino, qui apparuit ei. *Gen. 22.*

Apparuit Dominus in Berabea Isaac, dicens: Noli timere, quia ego sum tecum. Itaque aedificavit altare Domino, & invocato nomine Domini, erexit tabernaculum. *Gen. 26.*

Locutus est Deus Jacob dicens: Surge & ascende de Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. *Gen. 35.*

Dixit Dominus ad Moysen: Ascende in montem tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabis procul. Moyses ergo manè consurgens aedificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Et post pauca sequitur: Obtuleruntque victimas pacificas Domino, vitulos. *Exod. 24.*

DIVERSITAS.

Tria altaria à Moysè legimus constructa, sacrificandi ritum diversa. Primum altare erexit post deductum populum ex Aegypto, in quo ob miraculosam victoriam Deo gratias egit. *Exod. c. 17.*

A Alterum erat Altare holocaustorum, in quo quasvis sacrificia immolabantur & cremabantur. Erat autem ante tabernaculum in atrio, sub dio positum, propter ignem, fumum & odorem victimarum.

Secundo erat ex lignis Sethim, contextis aereis tabulis adversus ignem.

Tertio erat longum cubitos 50. latum totidem, altum tres.

Quarto erat cavum interius, verum terra, vel lapide imposito ad sui medium replebatur, ut constat *Exodi 20. c. 1. Mach. 4.*

Denique superè habebat craterem aeneum in modum retis foraminibus plenam, quæ totam altaris latitudinem occupabat: huic crati victima imponebatur, ut à subjecto igne cremaretur.

Habuit insuper fenestram ad extrahendos cineres, & ponenda ligna; ac 4. annulos aereos, & vinctes, ad portandum altare.

Araque in hoc altari quotidie manè & vespere immolabatur Agnus, quasi iuge sacrificium: Deinde alia victimæ vel bovinae, vel spontaneæ. Figuram hujus altaris expressit *Vilapandol. 4. de templo c. 75.*

Tertium Altare erat Thymiatis, in quo nullæ victimæ, sed dumtaxat thymiama adolebatur: idque non tantum à Pontifice, sed etiam à minoribus sacerdotibus, quotidie bis, manè & vespere.

Erat ejusdem materiae & formæ cum priori, nisi quòd esset deauratum, & dumtaxat cubiti unius in longitudine, & latitudine, duorum in altitudine.

Erat collocatum in Sancto, in medio candelabri & mensæ, etaque obversum oraculo, quòd erat in Sancto Sanctorum supra arcam; habebat 4. cornua, & coronam auream per gyrum, & in medio craterem reticulatam ad usum cinerum. Insuper 4. annulos & vinctes, per quos ferebatur à sacerdotibus per desertum.

Vide quæ titulo de Sacrificio dicuntur.

MATERIA.

G ALTARE ex terra fieri iussit Deus, *Exod. c. 20.* eaque sive rudi & imposita, sive cocta in lateres; noluit enim exornari aut polita, ut Hebræos à Gentilium idololatria avocaret, qui sumptuosa altaria diis suis erigebant, ut patet *4. Reg. 16.* Cui causæ alias adjungit *Nicol. I. Serrarius in cap. 8. Ioseph. quest. 16.*

In templo Salomonis fuisse altare ex lapide infecto, probabile colligere est, ex *lib. Regum, & Paralip.*

TITULI.

JACOB Patriarcha postquam crexisset lapidem in titulum, hoc est, in memoriam admittendæ visionis quam habuerat; ut esset velut illius monumentum, ait: Lapis iste quem erexit, vocabitur domus Dei, *verf. 22. Gen. 28.*

Iterum à fratre Esau digressus, erexit altare, & invocavit super illud fortissimum Deum Israel, *Gen. 33.* hoc est, nomen illud incidit, & velut hunc titulum inscripsit altari, eò quòd altare Deo inscripsisset.

Denique Deo altare erigit *Gen. 35.* & nomen loco inditum Bethel. *c. 28.* modò etiam altari communicat, eumque titulum inscribit.

D Erat hunc modum in Ecclesia novi Testamenti, altaria eriguntur in honorem Sancti alicujus, & ipsæ Ecclesiae antiquioris Tituli vocabantur. De quo videatur *Jac. Gretzerus l. 2. de Cruce c. 7.*

CONSECRATIO.

Super erectum à se lapidem in titulum, Jacob oleum fu-

dit, in signum consecrationis: quia inungendo consecra- vit, & in eo. *mox sacrificavit. Gen. c. 28. c. 35.*

Sic ad Jacob exemplum, Ecclesia Catholica unctione sacra Deo consecrat, & dicit altaria, & templa. Cujus unctionis moralem rationem vide apud *S. Bern. serm. de dedicat. Eccles.*

ALTARIUM ERIGENDORUM USUS ET RELIGIO IN NOVO TESTAMENTO.

Fuisse semper à Christi & Apostolorum temporibus usum altarium sacrorum, pluribus nervosè deducitur. *Titulo Sacrificium. §. Altaria.*

MATERIA ALTARIUM NOVI TESTAMENTI.

B. SYLVESTER in consecratione altaris Principis Apostolorum decrevit, ut deinceps nisi ex lapide altaria non aedificarentur: attamen Basilicæ Lateranæ à Constantino etiam Salvatori consecratae altare fuit è ligno erectum. Quod mirum non est: nam cum à S. Petro usque ad Sylvestrum, propter persecutiones, Pontifices certo loco consistere non possent, quo cunque eos necessitas compulisset, sive in cryptas, sive in cœmeteria, sive in aedes piorum, super illo altari ligneo ad aræ similitudinem concavo sacra faciebant. Quo altari S. Sylvester reddita, Ecclesie pace, honoris causa Principis Apostolorum, qui in illo sacrificasse dicitur, & reliquorum Pontificum, qui usque ad id tempus ad mysteria consecranda eo nisi fuerant, in Lateranensi prima Ecclesia collocato sancivisti, ne quiquam in eo, præter Romanum Pontificem, Missam deinceps celebraret. *Pontificale Rom. Brev. in lectio. 9. Novemb.*

CONSECRATIO.

In vita S. Philastrii, Episcopi quondam Brixiensis, refertur, quòd in altari ejus nomini consecrato, & super caput ejusdem posito, preces Missarum celebraverint Episcopi successores, & diem transitus ejus venerantes, ab omni terreno opere Brixiansem populum abstinerere jubentes, reverenter honoraverunt. *In vita ejus c. 1. apud Surium tom. 84. Id. Julii.*

Scribit *Sophron.* facti altaris lapidei consecrationem magnis ritibus fieri, iisque peractis, Angelos eorum custodes divina potestate adhiberi: ita enim habet in *prato spiritali*: Abbas Barnabas juxta Jordanem eximie sanctitatis vitam debebat: altare exerat ad consecrationem in spelunca sua. Cum igitur ipse inde aliò migrasset, Anachoreta quidam speluncam ingressus, vidit Angelum Dei stantem super altare; atque ad Angelum Anachoreta: Quid hic agis? Cui Angelus: Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipsa mihi credita sunt. *Io. Moschus Evir. Prat. spirit. c. 10.*

Fuitque ab omni ævo observatum, ut altaria sive sacrae Aræ præsertim in Ecclesiis celebrioribus erigerentur cum solemnitate & pompa, dum ad eas fundandas invitantur Principes, viri illustres. Et ita mense Majo anni 1614. evenit Antverpiæ in Ecclesia Cathedrali. Quo ad erectionem novæ Aræ in summo Choro, quæ admodum magnificè ex marmore putabatur, Serenissima Isabella Hispania. Hæc Infans, Alberti Brabantiae Ducis piissima vidua, avorum æmulata pietatem, deputavit Chimæi Ducem, qui suo nomine prima fundamenta jaceret; quod & ita factum summa cum solemnitate & applausu cum Cleri toribus, tum Magistratus & populi fuit. Tantæque pietatis monumentum inscriptio hæc quam subjicimus, Principi & Heroine piissimè dicata, exprimit.